CAPVT X.

Σύνεσις autem, hoc est, intelligentia, & A συνεσία, hoc est stultitia, siue tarditas, ex quibus intelligẽtes, & stulti nominantur: neq. idem prorsus est, quod scientia, aut opinio: omneis. n. essent intelligentes: neq. vna aliqua ex scientiis singularibus, vt medicina: in cognitione. n. rerum salubrium, aut in curãda valetudine versaretur, aut geometria: nã in magnitudinib. esset occupata. Neq. n. intelligentia earũ rerũ est, quæ semper sunt, nũquamq. mouentur: neq. vllius earũ quæ oriuntur: sed earum, de quib. dubitari, & consultari potest. Quapropter in iisdẽ sanè reb. in quibus & prudentia, versatur: sed tamen non est idem intelligentia, quod prudẽtia. Habet. n. vim quandã præcipiendi atq. imperandi prudentia (nã propositus ei finis est, quid agendum sit, aut non agendum) intelligentia autem, iudicandi solùm. Idem est. n. intelligentia, quod εὐσυνεσία, i. bona intelligentia. Nam qui sunt intelligentes, iidem quoque sunt bene intelligẽtes. Intelligentia autem neq. habere prudentiã est, neq. consequi. Sed vt is, qui discit, tum intelligere dicitur, cùm scientia vtitur: sic & cum quis opinione vtitur, alio loquẽte, ad iudicãdum iis de reb. de quib. prudentia iudicat, & probè iudicãdum. bene. n. & probè idem sunt. Atq. hinc natũ est intelligentiæ nomen: ex qua bene intelligẽtes appellãtur, ex ea scilicet, quæ est in discendo, intelligentia. Sæpenumero enim discendi verbum pro eo, quod est intelligere, vsurpamus.

CAPVT XI.

EA autem quæ γνώμη, hoc est sententia appellatur (ex qua quosdam εὐγνώμονας, id est, in sententia ferẽda moderatos, nominant, & γνώμην ἔχειν, hoc est, sententiæ dicendæ facultate præditos dicimus) est viri boni & moderati rectum iudicium. Cui rei hoc argumento est, quòd virum æquum bonum ac moderatum ad consentiendum (id est, ad ignoscendum) promptum ac propensum dicimus: & æquum bonum esse, in nonnullis delictis sententiam seu cõsensum accommodare (id est, ignoscere, ac veniam dare.) Atque hic consensus (id est, venia quæ datur errato) sententia est ad iudicandum ex æquo & bono apta, & recta: recta autem ea est, quæ hominis veri est. Meritò autem hi omnes habitus eôdem pertinent. Nam sententiam, intelligentiam, prudentiam, mentem sanam ac vegetam iisdem attribuentes, sententiæ dicendæ facultate præditos esse, & mentis sanitate præstare, & prudenteis & intelligenteis dicimus. Omnes enim hæ animi potestates, sunt extremorum, & rerum singularium. Atque in eo quidem, quòd aptus sit ad iudicandum iis de rebus, de quibus iudicat prudens, spectatur homo σωφρὼν siue intelligens, & εὐγνώμων in sententia ferenda moderatus, aut

A

Κεφάλαιον ιβ.

ΕΣτὶ δὴ καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ ἀσυνεσία, καθ' ἃς λέγομεν συνετοὺς καὶ ἀσυνέτους, οὔτε ὅλως τὸ αὐτὸ ἐπιστήμη, ἢ δόξα· πάντες γὰρ ἂν ἦσαν συνετοί· οὔτε τις μία τῶν κατὰ μέρος ἐπιστημῶν, οἷον ἡ ἰατρικὴ· περὶ ὑγιεινὰ γὰρ ἂν ἦν· ἢ γεωμετρία· περὶ μεγέθη γὰρ· οὔτε γὰρ περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀκινήτων ἡ σύνεσις ἐστιν, οὔτε περὶ τῶν γιγνομένων ὁτιοῦν· ἀλλὰ περὶ οὗ ἀπο-
B ρήσειν ἄν τις καὶ βουλεύσειν τοῦτο· ἀλλ', περὶ τὰ αὐτὰ ὧν τῇ φρονήσει ἐστίν· ὡς ἔστι δὲ τοῦτον σύνεσις καὶ φρόνησις· ἡ μὲν γὰρ φρόνησις, ἐπιτακτική ἐστι· τί γὰρ δεῖ πρᾶττειν ἢ μή, τὸ τέλος αὐτῆς ἐστιν· ἡ δὲ ξύνεσις, κριτικὴ μόνον· τοῦτο δὲ ξύνεσις καὶ εὐξυνεσία· καὶ γὰρ οἱ συνετοὶ, καὶ εὐσύνετοι· ἔστι δ', οὔτε τὸ ἔχειν τὴν φρόνησιν, οὔτε τὸ λαμβάνειν, ἡ σύνεσις· ἀλλ' ὥσπερ τὸ μανθάνειν λέγεται συνιέναι, ὅταν χρῆται τῇ ἐπιστήμῃ, οὕτως ἐν τῷ χρῆσθαι τῇ
C δόξῃ ἤδη τὸ κρίνειν περὶ τούτων, περὶ ὧν ἡ φρόνησίς ἐστιν, λέγοντες, καὶ κρίνειν καλῶς· τὸ γὰρ εὖ καὶ καλῶς ταὐτό· καὶ ἐντεῦθεν ἐλήλυθε τοὐνόμα ἡ σύνεσις, καθ' ἣν εὐσύνετοι, ἐκ τῆς ἐν τῷ μανθάνειν λέγομεν· γὰρ τὸ μανθάνειν, συνιέναι πολλάκις.

Κεφάλαιον ιγ.

ΗΔὴ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις ὀρθή· σημεῖον δέ· τὸν γὰρ ἐπιεικῆ μάλιστα φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν· καὶ ἐπιεικές, τὸ ἔχειν πρὸς ἔνια συγγνώμην· ἡ δὲ συγγνώμη, γνώμη ἐστὶ κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή· ὀρθὴ δ', ἡ τοῦ ἀληθοῦς. εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ ἕξεις εἰς ταὐτὸ τείνουσαι· λέγομεν γὰρ γνώμην, καὶ σύνεσιν, καὶ φρόνησιν, καὶ νοῦν, ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφέροντες γνώμην ἔχειν, καὶ νοῦν ἤδη, καὶ φρονίμους, καὶ συνετοί· πᾶσαι γὰρ αἱ δυνάμεις αὗαι τῶν ἀρετῶν εἰσὶ καὶ τῶν καθ' ἕκαστον· καὶ ἐν τῷ κριτικὸς εἶναι, πρὸς ὧν ὁ φρόνιμος, σωφρὼν, καὶ εὐγνώμων,
D
E